

COMMENTARIOLUS
ARTICULUS CLXV.

Expilata hereditas, res amota.

Hunc articulum sat eruditè explicant *Zieritz & Steph. hic*. Non tamen Magistratus & Judices ex officio hoc nomine accusare & condemnare possunt, *Ant. Fab. lib. 9. tit. 19. defin. 1. & 2.* Plura habet ad hunc articulum pertinentia, *Iust. Mejer. in Coll. Argent. lib. 47. tit. 19. concl. 1. cum seqq. & lib. 25. tit. 2. concl. 1. cum seqq.*

ARTICULUS CLXVI.

Qui fame, & frigore coactus cibum, vestes, & similia furto abstulerint.

Eleganter de hoc articulo differunt *Gobl. in auctario, Zieritz & Steph. hic*. Mihius puto cum illo fure agendum esse, qui necessitatis tempore, & extremâ pressus inopiâ edulia vel cibaria furetur. Necessitatis enim tempore omnia sunt communia, *l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jactu.* tum quia necessitas est ingens telum nulli subjectum legi. Imò nulla durior mors homini contingere potest, quàm fame perire.

Dura quidem miseris mors est mortibus omnis;

Ast periisse fame res una miserrima longè est.

Hæn. disp. 18. th. 10. ubi dicit, hanc sententiam communem esse omnium Canonistarum, & Theologorum, *Hackelm. disp. 23. th. 4. Wesenb. in parat. de furt. num. 15. Iust. Mejer. lib. 47. concl. 23. Treutl. vol. 2. disp. 30. n. 3. h.*

ARTICULUS CLXVII.

Furtum circa fruges, fructusq.

Consulantur *Gobl. Zieritz & Steph. hic, Berlich. part. 5. concl. pract. 53. nu. 9. & seqq.* Hinc non adeò inconvenienter quæritur: An rectè faciant belli Duces, qui milites suos in castris degentes propter rem parvi admodum pretii, puta aliquot poma decerpta, vel uvas ex hortis, vel vineis ablatas pœnâ hac capitali animadvertunt, & illos, lite nullâ contestatâ strangulant? Vide *Hunn. d. disp. crim. 1. conclus. 65.*

ARTICULUS CLXVIII.

Fures lignarii.

Videantur *Gobl. Zieritz & Steph. hic*. Hæc ex iis roborantur, & plenius cognoscentur, quæ sub rubricâ arborum furtim cæsarum tractantur in Pandectis. Consule *Iust. Mejer. in Collegio Argentoratensi, lib. 47. tit. 7.*

ARTICULUS CLXIX.

Fures piscarii.

Omniò inspicere notata hic à *Zieritz & Steph.*

ARTI-